Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



84

intelligit. neq; tangit quin fidelit tangit. Denique ut fide tangentis exprimerit
ait. Tetigit me aliquis. nam & ego nouit cognoui uirtutem de me exisse. quod est
credentis indicii quia non intra passibilitatem conditionis humanę atq; in
tra corporis claustrum inclusa sapientia diuinitasq; coartata non capitur:
angustiis corporalibus non tenetur: s: ultra fines nrę mediocritatis uirtus ex un
dat ęterna. Non enim humana opę plebs gentium liberatur: s: di munus est con
gregatio nationum. quę etiam breui fide miscediam inclinat ęternam. Ha si
consideremus quanta sit fides nra. & intelligamus quantus sit di filius uidemus
quia in comparatione eius fimbriam tantum modo tangimus. superiorem uero ues
timentum eius partem nequimus adtingere. Si igitur & nos curari uolumus fide
tangamus fimbriam xpi. Non lata eius quicuiq; fimbriam tetigerit. Qui tetigerit
auersum. neq; enim dis indigę oculis ut uideat. neq; corporaliter sentit. s;
in se habę cognitionem omnium. Beati ergo qui [illegible] ued extremam par
tem uerbi contigerit. nam totum quis potest com[illegible]prehendere. Verum
ut ad illam quę adhuc egra est reuertamur. ne pmoramur nam dum diu xpi
moratur ingressus mortua creditur. Venerunt ergo serui dicen
tes principi. Noli uexare illum. filia tua mortua est. Et primum illud con
sideremus quod suscitaturus mortuam ad faciendam fide emorrosiam tam
curauit ut scias exemplum gratia fluisse sanguinis fluxum. dum illa peccatum
ista curatur. Sic & resurrectio temporalis adnunciatur passione celebratur: ut &
ppetua illa credatur. Sic & Marię partum sterilis indicatur. ut conceptura
uirgo credatur. Denique audiunt partum disabach maria. nec de sua
generatione dubitauit. Venerunt inquit serui dicentes principi
noli uexare illum. adhuc & hi incredulii ad resurrectionem quam ihesus inte
get. pdixit in euangelio complent. Itaq; cum uenisset in domum. paucos fu
turę resurrectionis arbitros adsciuit. Non enim multis continuo est
credita resurrectio. Denique dicente dno. non est mortua puella. s; dor
mit. & deridebant inquit eum. Quicumque enim non credunt irrident. Flent
igitur mortuos suos qui putant mortuos. Ubi resurrectionis fides est